

PROVA ESPECÍFICA DE LÍNGUA LATINA

Traduzir o texto (5,0) e analisar morfossintaticamente os termos em destaque (5,0):

Cícero, *Philippica Secunda* I.2-II.3. Cícero reflete sobre acusações de Marco Antônio de ter agido contra seus interesses.

Quid putem? **contemptumne me**? Non video nec in vita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingeni **quid despiciere possit** Antonius. An in senatu facillime de me detrahi posse credidit? [...] An decertare mecum voluit contentione **dicendi**? Hoc quidem est beneficium. Quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Antonium dicere? Illud profecto: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus. Cui priusquam de ceteris rebus respondeo, de amicitia quam a me violatam esse criminatus est, **quod** ego gravissimum crimen iudico, pauca dicam. Contra rem suam me, nescio quando, venisse questus est. An ego non **venirem** contra alienum pro familiari et necessario, non venirem contra gratiam non virtutis spe, sed aetatis flore collectam, non venirem contra iniuriam quam iste intercessoris iniquissimi beneficio optinuit, non iure pretorio?